



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

De|| EXTREMA VNCTIO-||NE, ORDINE, ET MATRI-||MONIO.|| SINGVLIS LIBRIS
EX-||PLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XIII. Matrimonium ratum non consummatum solui etiam quoad vinculum,
per ingressum in religionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54104](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-54104)

150 Cap. XIII. De Matrimon. Sacram. Lib. I.

tantum hæreticus, sed etiam apostata, Ethnicus, atheus, nomen nunquam soluitur vinculum Matrimonij, quia Sacramentum est.

Et hinc soluitur etiam dubitatio, quæ nasci posset, videlicet si coniunx fidelis nolit cohabitare cum coniuge etiam fidei, nisi cum iniuria Creatoris, eum scilicet perpe- tuò ad malum sollicitando, cur inquam, non possit Matrimonium solui: caussa enim iam redditâ est, quod eiusmodi Matrimonium in Ecclesia contraëstum, Sacramentum sit.

C A P V T X I I I .

Matrimonium ratum non consummatum, solui etiam quoad vinculum, per ingressum in res- gionem.

ALTERA quæstio, de Matrimonio fideliū rati non autem consummato, tractata est à nobis in 2. lib de Monachis, cap 38. Itaque ad eam Lectio rem remittendum putauimus.

C A P V T X I V .

Matrimonium consummatum solui posse quoad thorum, & cohabitationem.

DERTIA quæstio est de solutione Matrimonij consummati quoad thorum, & cohabitationem, manente vinculo coniugali, quæ solutio propriè dicitur diuortium à Theologis: & distinguitur à repudio, quod est solutio etiam quoad vinculum. Quamuis iure consulti paulo aliter accipient istas voces: nam repudium vocant dimissionem tum sponsæ, tum etiam uxoris; diuortium autem, dimissionem solius uxoris post Matrimonium, siue quoad thorum, siue quoad vinculum, vt patet ex l. inter stuprum, & l. inter diuortium, ff. de verb. signific. vnde tamen in iure canonico, quam ciuili, in titulo de diuortio, agitur de solutione Matrimonij, siue quoad thorum tantum, siue etiam quoad vinculum.

Scd

